
P R A E F A T I O.

Desiderabatur Aeschyli editio, quae et verba scriptoris quam fieri posset emendatissima praestaret, et locis difficilioribus brevi annotatione illustratis tum usui studiosae iuventutis inserviret, tum elegantiores homines, qui moles librorum refugere solent, alliceret. Id nos operis, absoluta Euripidis versione Germanica, nec non assidua Tragicorum ac poëtarum lectione Graecorum praeparati, cum tandem aggredieremur, in explicandis quidem rebus historicis ac grammaticis fere sequendum vidimus CHRISTIANUM GODOFREDUM SCHÜTZIUM, novissimum Aeschyli editorem, quem honoris causa nomino, in restituenda vero lectionum metrorumque